



XXXVII.

37

PROPEMPTICA
CASPARO SAGITTARIO
DRESDENSI,

ERVDITIONE DOCTRINÆ, PROBATIOQ.
MORIBVS,

ALIIS DENIQ. INGENII DOTIBVS
UIRO,

SERVESTA VETERVM SORABO-
rum Metropoli discessuro,

IN PIGNVS AMORIS,
L. M. Q.

SCRIPTA ET NVNCVPATA
A B

AMICIS.



SERVESTÆ,
Describebat typis Bonaventura Faber,
ANNO M. D. XCIV.

PROPEMPTICA
CASPARO SACCHETTARIO

ESTOTIOMERBOGIRIK, ROBERTUS
MORIVS
MILIS DENIT, JOENI BOGIVS

SERVETIA VITIVM SORABO
Iur. Medicor. dicitur.

IN PINNIS AMORIS
I. M. Q.

SCRIPTA ET INVICIATA

AMICIS

SERVETIA

Definitio ipis Bonaventurae Pader.
MORIVS M. D. XCIV



A D

CASPARVM SAGITTA-
RIVM, SINCERÆ PIETATIS ET LI-
terarum humanitatis Studiosissimum juvenem,
Servestâ migraturum.

Siquis perditum eat sese, tua nomina
propter,
Hunc facies vita perpete, C H R I.
S T E, frui:

Illecebris captus vita, de calle salutis
Deviat, & praeceps imminet exitio.
Religionis amor pura, per tesqua, per hirta,
Te intrepidum cogit, Caspare, ferre pedem,
Nec patrij te deterrent vestigia casus:
Sed mala te contra audacius ire jubent.
Maacte animo & pietate tuâ, te premia, celsi,
Digna manent, supra mœnia magna poli.
Vade bonis avibus, nostri memor, i pede fausto,
Quò virtus vocat, & quò pia fata: vale.

Iohannes Theopoldus.



PHALEVCI XXIII PRO-
PEMPTICI AD
CASPAREM SAGITTA-
RIVM, VIRVM BENE DOCTVM, BENE
moratum, amicum fidelem, Servestâ in Palati-
natum abiturientem.



Vos olim una fides, & una junxit
Tellus; hos varias refert in oras,
Quæ vitas hominum arbitratur, Aura.
Tu terram petis hospitam virorum,
Subscriptum titulis peritiorum:
Me vult Hemipolis. Sequi tenemur
Quò nos cumq; Poli trahit Potestas,
 A vi vade bonâ, bonoq; cælô:
Fausta quæ cupis esse, fausta faxit
Faustorum Genitor pereonnifelix,
Non tibi comitem Herculem addo Sancum:
Non Larum prece par viale placo,
Sed Cœli Dominum, & Soli Magistrum:
Qui Satellitiô tibi coruscô
Claudat par laterum omnibus diebus.
 Vade Schutziade, bonamq; laudem
Fastos per memores, memorq; seclum
Æterna; Bene parta laus perennat:
Aufert cetera mors. Mane fidelis
Fido Dolsciadæ, bono sodali,

Tuo

Tuo Dolsciadæ, malo Poëtæ,
Vade floſcule temporis periti,
Et notos animos mihi ſaluta :

Paullus Dolſcius, Scholæ Senatoriæ
apud Halberſt. Rector.

A L I V D.

ERgo, Sagittari, peregrinas ibis in oras
Tu quoq; , quem junxit Leucoris ora mihi,
Hanc quia dum coleres doctis cum fratribus urbē:
Iuncta mihi fratrum pectora fida trium.
Vnus amor nobis, & qua licet, una voluntas,
Nobis una fides, unaq; mensa fuit.
Tempore convictus memini dulciſſima noſtri,
Qui nunc in varias cogimur ire plagas. (lūtas:
Sed benè habet; manet unus amor; manet una vo-
Vna fides: quanquã haud mēſa, nec una domo.
Ah nimium fatui, qui membra fidelia Chriſti
Humana dirimi poſſe putatis ope.
Quandoquidem vincolo nos Spiritus unit eodem,
Nos mundi ut toto dividat orbe furor.
Quo te cunq; vocant igitur pia fata, ſequaris,
Et modo ſulceptum perſice fortis iter.
Nulla ſolo requies; ſed erit certiſſima cœlo:
Hanc patriam, has ſedes ſi tueare, ſat eſt.

M. Daniel Clæpius.

A 3

ALIVD.

ALIVD.

TE solum invenio heic, solum heic, Caspare, re-
linquo.

Te meum, an insidias sic mihi ponit Amor?
Ponit Amor certè insidias; quia te mihi in uno
Et rapit, ac monstrat momine carum hominè.
Sic quis in humanis non dicat ludere rebus
Fortem, atque illius filiam Amicitiam?

Ianus Kotteritius.
Eq. Saxo.

DOCTISS. VIRO D. CASPARI SAGITTARIO,
amico primâ in albo amicorum meorum cerâ
dignissimo,

Servestâ veterum Soraborum metropoli discessuro
L. M. Q.

Hoc scripsi

ANTONIUS A GRAFFENRIED
Helv. Bernas.



Sque adeo nil dulce diu mortalibus us-
quam

Concessum? & firmi nil tribuere
Dij?

Omnia sic sua sors versat, flatusq; secundi

Si qui luserunt, dira procella manet?

O duras vitæ leges! ô invida fata!

Quàm subito est tristis qui modo lætus erat?

Qui mihi visus eram certi munimine amici

Schuziadè cinctus vivere posse diu;

Nunc

Nunc miser heu linquor, tanta inclementia Fortis
Est duræ, ah Lachesis tam breve textit opus,
Nam cum verus amor dulces decerpere nostræ
Iam vellet fructus dulcis amicitiaë;
Carior ille mihi procul hinc discedit ocellis,
Ascaniaëq; jubet dulce valere solum.
Ergon' pars animæ, pars cordis mutua nostri
Aspera sic te alió me sine fata vocant?
Cor mihi tu laceras; cur ah cur cara tueri
Non dabitur posthac lumina luminibus?
Tecum abeunt charites, abeunt solatia nostra,
Nostra abeunt tecum gaudia, colloquia.
Siccine Diis visum subito aut demittere letho,
Quos junxere mihi Musa, Minerva, Fides?
Aut vivos itidem caris subducere ocellis,
Queis svavis cordi cultus amicitiaë?
O duram vitæ sortem! quater ipse perire
Maluerim, quàm oculis ista videre meis.
Itamen I salvé, mea lux, a vibusq; sinistris,
Et te servatum numina sacra velint.
Carpe viam, fatisq; datas pete precor oras,
Hospitium hæ tribuent, quod tua terra negat.
Bacchetur licet ac furijs grassetur & irâ
Mundus atrox. Deus est. Sunt loca tuta pijs.
At tu vive memor nostri, stet pectore fixus
Noster amor, maneat semper imago mei.
Haud adiment te longa mihi intervalla locorum:
Disjungit spatium corpora non animos.

A. L. I. V. D.



Caspare, novem decus sororum,
 Quis te partem anima, ò amice, nostra,
 Hoc jubet, Sorabis iter relictis
 Ingredi, Ascanis atq; abire terras
 O tristem mihi nuncium atq; acerbum
 Ergo linquere te juvat profectum,
 Fratremq; unanimem, bonosq; amicos?
 Nec nobis dabitur tuos videre
 Vultus, oraq; nec tueri ocellos,
 Frui colloquio tuoq; coram?
 O factum male, nuntiumq; tristem
 Verum habet bene; cogitatione
 Tecum semper ero, ferarq; mente,
 Intervalla loci remotioris
 Quò me corpore non sinent venire.
 Te quavis ego ruminabo luce,
 Te quavis ego ruminabo nocte:
 Tuum par fuerit pari referre.
 Nunc abi auspicijs bonis, eunti
 Se tibi comitem, precor, lebona
 Addat; vade mei memor, valeq;

Gregorius Petrus Bersmanus.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindermeister
Merseburg a. S.

VDA 7







XXXVII.

37

PROPEMTICA
CASPARO SAGITTARIO
DRESDENSI,

ERVDITIONE DOCTRINÆ, PROBATIOQ.
MORIBVS,

ALIIS DENIQ. INGENII DOTIBVS
VIRO,

SERVESTA VETERVM SORABO-
rum Metropoli discessuro,

IN PIGNVS AMORIS,
L. M. Q.

SCRIPTA ET NVNCVPATA
A B

AMICIS.



SERVESTÆ,
Describebat typis Bonaventura Faber,
ANNO M. D. XCIV.